

tate donaverint. — 7) Cf. Cic. Balb. 8, 19 (vid. not. 6). — 8) Fortasse is qui a. 682 consul fuit. — 8*) Fortasse is quem a. 691 Cicero perduellionis reum defendit; is bello quodam fortiter se gesserat (Cic. pro Rab. 13, 36). — 9) Fortasse filius imperatoris, postea Magnus appellatus, sane adulescentulus, vel frater illius patruelis. Ceterum eiusdem nominis homo (eadem quoque tribu) in decreto Adramytteno eph. ep. 4 p. 220 (Mommsen Ges. Schr. 8, 345). — 10) Frater ut videtur imperatoris, quem in castris fratris fuisse narrat Cic. Phil. 12, 11, 27. — 11) Fortasse frater L. Hirtuleii quaestoris Q. Sertorii, 12) fortasse L. Instaeius, sub Sertorio praefectus militum (Liv. lib. 91). — 13) Fortasse Catilina, tunc adulescens. — 14) Salluvii, a quibus turma nomen traxit, Hispani fuerunt regione Caesaraugustana, certe eius regionis fuerunt Ilerdenses, Segienses, Libenses, Illuersenses infra enumerati; ipsi coloniae Caesaraugustanae vetustum nomen fuit Saldubia, testibus codicibus Plinianis h. n. 3, 24. — 15) Nomina Hispana, pleraque ignota. Cf. Schuchardt Revue internationale des études basques 3, 1909 p. 237 seq. — 16) Filius. — 17) Simile nomen reguli Pergetum (Bilistages) apud Livium 34, 11, 12. — 18) Ordeunas praefert Bang. — 19) Bagarenses, ut et . . . cilicenses et Ennegenses ignoti (de Begensibus et Suconsensibus cf. infra not. 24, 31). Sed hos quoque regionis Caesaraugustanae fuisse probabile est. — 19*) Sic (vel . . . silienses) Bang) (. . . ucenses Gatti). — 20) Idem nomen in titulo Castulonensi II 3295. — 21) Nomina similiter desinentia in titulis Hispanis II 5840: Aurelio Tannepaeseri; II 3794: Seranus Tannegisceris f. — 22) Tres hi Ilerdenses, novi cives Romani, nomina Romana sumpsisse videntur (ab Otaciliis, Cn. Cornelio, Fabio, qui consilio interfuerunt n. 55. 59. 11. 22; monuit Bang) statim consilio dimisso, ante decretum Pompeii aeri incisum. — 23) o parvula errore videtur incisa pro C. vel Q. — 24) Begenses hi ignoti; Baegenses in titulis Baeticae II 1394. Eph. ep. 8 p. 393, 103. — 25) Segienses, ut etiam Libienses (cf. not. 29) et Ilursenses (cf. not. 32) recenset Plinius h. n. 3, 24 inter populos stipendiarios conventus Caesaraugustani. — 26) Sosinaden praefert Bormann (Schuchardt l. c. p. 243). — 27) Scr. Ennegenses. — 28) Idem fortasse nomen (Belex) in titulo Pyrenaeico supra N. 4518. — 29) Libienses Plinio l. c. — 30) Fortasse scr. Bastugibas Adimels. — 31) Suconsenses ignoti, memoratur Συκκωσα inter oppida Ilergetum Ptol. 2, 6, 68. — 32) Ilursenses Plinio l. c. — 33) Imperator appellatus Pompeius sine dubio ipso anno 665, non anno praecedente, quo legatus fuerat L. Caesaris consulis. — 34) Decretum hoc primario sine dubio aequale. — 35) Cf. supra not. 4. — 36) Cornicula Livius 10, 44, 5, 37) φιάλην Polyb. 6, 39 memorant inter dona militaria. — 38) FAVMENIVM primo incisum, id mutatum in FRVMENIVM; verba frum. dupl. postea, sed ab eadem manu addita.

8889 P. Serveilius P. f. Isauricus pro cos.¹ restituit. | Πόπλιος Σερουίλιος Ποπλίου υἱὸς Ἰσαυρικὸς | ἀνθύπατος ἀποκατέστησεν. | Γάιος Πανδυσίνος Γραίου² υἱὸς Ρωμαῖος | πρόξενος τὰς Νίκας καὶ τοὺς Ἐρωτας | καὶ Ἀντέρωτας Ποσειδῶνι καὶ Ἀμφιτρίτηι | χαριστήριον. | — Ἀγασίας Μηνορίλου Ἐφέσιος³ ἔποιε.

In insula Teno ad aram Neptuni rep., bases duae gemellae; utriusque inscriptio, exceptis versibus primo et ultimo, incisa in locum antiquioris erasae (I ed. 2 n. 783, Inscr. Graec. XII 5, 917 delineavit Graindor Musée belge 1906 p. 339). — 1) Cf. supra N. 40. — 2) Pater huius Gaii, Γραῖος Πανδυσίνος, memoratur in senatus consulto de Thisbaeis facto a. u. c. 584 (v. 54: Mommsen Ges. Schr. 8, 279. 287). — 3) De hoc sculptore cf. infra N. 8961.